

Edictum Regium de non præstando
obsequio.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus
Dux Lithuaniae, Rutheniae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Do-
minus et Haeres.

Universis et singulis subditis nostris terrarum Prussiae ad quorum nobili-
am praesentem littera nostra pervenerint sinceri et fidelibus nobis dilectis gratiam no-
stram Regiam. Etsi jam pridem tam certis gravissimis super necessariis causis
quam etiam S. Matris Caesareae, ac aliorum Germaniae Principum exemplo ad-
ducti edicto nostro publico ex Senatusconsulto Comitum Regni nostri omnes u-
suras et pretextus fructuum divinarum humanarum leges excedentes pro Cri-
stiani Principis officio in terris nostris Prussiae abrogaverimus prohibuerimus
ne quisquam cuiuscumque status et conditionis hominum fructus gratis facere
sibi majorem usuram exigere, quam ex centenis odenor florenor auferret ac
hoc idem edictum nostrum denique anno praesenti speciali declaratione nostra
confirmaverimus atque corroboraverimus. Certo tamen profertur ad nos esse non
nullos subditorum tam nostrorum quam etiam Illustrißimorum Pomeraniae
Ducum, amicorum et consanguineorum nostrorum Christianissimorum, qui non so-
lum edicto nostro parent et acquiescunt: Verum etiam iniquissimum fructus
usuram legitimam edicto nostro permissam in triplo et quadruplo excedunt
sine verecundia à debitoribus suis subditis nostris exigunt, eosdem dum
ipsis fructus tantum, inhaerentes edicto nostro solvere recusant, una cum fructibus
usuribus ipsorum in gravissima damna inducere et à regno nostro in ali-
as provincias extraneas evocare conantur. Quod cum non solum agitatio
ipsi contrarium, cedatque in gravissimum detrimentum et praedictum di-
onum et subditorum nostrorum, verum etiam in summum contemptum et vil-
pendium constitutionum et edictorum nostrorum accidat. Cupientes et sub-
ditorum hac in parte nostrorum indemnitati consulere et providere ne ita
edicta nostra eludantur et rideantur, omnibus subditis nostris in universum
qui vel pecuniam aliquam ab extraneorum Principum subditis in usuram ac-
ceperunt, vel etiam quovis modo fideiussionis titulo inscriptionibus suis se
obligarunt. Mandamus severi ac sub poena confiscationis bonorum omnium
eorum, qui huic edicto nostro non paruerint, ut ne plus usurae quam si-
piorum edicto nostro permissum est ipsidem creditoribus suis solvant nec
si forte rigore inscriptionum suarum ab ipsis creditoribus (in custodia
equestrem ut moris est) evocentur illo modo evocationis eimodij parent,
vel quovis regno nostro excedant, atque illo metu damnorum, qui sibi
inde evenire

inde exire possint existiment. Nos n. non solum ipsos hac in parte ab oibz
indemnes reddemz: Verum etiam idipsum neq. existimationi neq. bonae fame
honoru deniq. ipsorum nocere debent, hoc nostra publicatione mediante declar
ramur et pronunciamz. Quod si vero quispiam subditorum Illustrissimorum Du
cum Pomeraniae vel aliorum etiam extraneorum Principum, hoc quoy modo a sub
ditis nostris molestentz et ad maiorem quam parem usuram compellantz, damus
ipsis facultatem eadem ratione subditis nostris faciendi apemz et auctoritatem
nostram ipsis hac in parte, prout aequitas pactaq. communia et amicitias mu
tua qua nobis cum Illustrissimis Pomeraniae Ducibus alijsq. Germaniae Principibus
intercedit, exposcunt pollicemur. Secus contra hanc voluntatem et publicati
onem nostram nemo subditorum nostrorum faciat. Pro gratia nostra et
sub poena confiscationis superius expressa irremissibiliter luenda. Datum
Warsaviae die 14 mensis Decembris Anno Domini 1571: Regni vero nri
No 42

Sigismundus Augustus
Rex Poloniae.